

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6587

Autre(s) référence(s) : Bates 280 / Round 463

Auteur(s) : Roger II de Montgommery [comte]

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : non suspect

Datation : [1068, 1 novembre-1068, 25 décembre]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Notice énumérant les biens de l'abbaye Saint-Martin de Troarn donnés par le comte Roger [de Montgommery] et confirmés par le roi Guillaume [Ier] d'Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, p. 348-51, preuves n° II.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 280, p. 838-843.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 463. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 30.

Dissertation critique

1068, probablement le 1er novembre - le 25 décembre : datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 839-840).

Texte établi d'après b

He sunt res sancti Martini de Troarno quas Rogerius comes litteris voluit annotari et regis Willelmi manu roborandas presentari. In primis, Troarnus totus ex integro in terra, in ecclesiis, in hominibus, et in omnibus consuetudinibus vel costumis que inde possunt exire. Et quia mare erat transiturus cum rege addidit ipse Rogerius, ipsa die festivitatis Omnium Sanctorum suggestione fidelium suorum et requisitione monachorum, totam scclusam predicti videlicet Troarni a terra usque ad terram, donans eam sancto Martino et in hac carta precepit ascribi. Deinde de Buris, excepta parte matris, totam partem que sua fuerat in terra, et silva, et pratis, et aqua, et ecclesia, et piscariis, cum tota decima omnium et terra presbiteri ; deinde ecclesiam totam de Turfredivilla et maximam partem terre illius ; et terram Rainaldi Malleart ; terram quoque Gauffridi cognomine Stulti, pro qua ipse Gauffridus factus est monachus in monasterio sancti Martini ; et terram Rogerii in Ranvilla ; ecclesiam quoque de Salnervilla ; et totam

Ledrosam ; et ecclesiam sancte Marie de Iohannisvilla cum terra presbiteri et integro molendino ; ecclesiamque sancti Paterni cum omni terra quam mater ipsius Rogerii ibi tenet in vita sua ; medietatem quoque molendini de Rameta ; et ecclesiam sancti Sansonis cum burgo et terra Willelmi clerici et Ingulfi ; sed et ecclesiam sancti Silvini et [Rainerii mansioli] cum ecclesia sancti Petri, et cum tota decima earum et moltura et decima thelonei et nutrimenti, et terra Morini carpentarii ; et quam dedit nuper Rogerius Tanetin cum tercia [parte molendini] et aque et [arpento vinee in Airam ; ecclesias etiam de Trum], sancti Petri et sancti Germani et sancti Vulfranni, cum terra presbiteri et decima molendini et thelonei et nutrimenti ; ecclesiam vero de Croceio cum tota decima terre, et [molendini et nutrimenti], et decima totius [redditionis de Gulferno ; et de Montegomerico] decimam thelonei et molendini ; necnon ecclesiam totam de Golet cum terra de Crepicor et duabus piscariis ; terram sancti Ypoliti et Geborei cum honore Ursi militis ; et quicquid Gauffridus clericus tenebat in [Reinvilla de eodem Rogerio] cum decima et ecclesia sancti Martini, et cum uno piscatore et terra eius ; ecclesias quoque de Rupetra et Wilmunt et Furnovilla ; terram etiam Gisleberti Berbium quam habebat in sancto Silvino ; necnon et Heldestot et Ernoltot sicut habuerat Hugo [pincerna] et dederat sancto Martino. Huc usque de dono Rogerii vicecomitis.

Que autem subscripta sunt de dono regis et baronum suorum. Hec sunt : in Cadomo domus Mauri cum alodio suo et omnibus consuetudinibus ; in Goisbertivilla terra Alveredi Malbeuhenc ; et terra Theroldi clerici similiter cum consuetudinibus que ad regem pertinent et decima ; in Dumoldivilla terra Rannulfi et consuetudines pertinentes ad regem cum decima et parte ecclesie ; in Billeio terra Radulfi Querolt et fratrum eius cum consuetudinibus que ad regem pertinent et decima earum ; et in Furno terra duorum hominum ; in Falesia tota terra Wesman et consuetudines eius ad regem pertinentes. Et ista sunt de propriis regis Willelmi. Que vero dederunt ecclesie sancti Martini barones eius et coram eo concesserunt, hec sunt. Rogerius de Belmont dedit unum carrum in Brotona cum pastura porcorum sancti Martini ; Herbertus de Spineto et soror eius Mathildis dederunt in Diva totam ecclesiam cum burgariis et salinis, et parte sue terre in Calvomonte ; in territorio Lingronie dedit Willelmus de Columberii totam ecclesiam cum tercia parte decime pro Willelmo filio suo, facto monacho in monasterio sancti Martini ; in mansiolo vero quod Tallivilla dicitur concesserunt quicquid habebant Turstinus de Croillio, Willelmus de Columberii, Roscelinus filius Herald, Rotbertus filius Rainfredi, Ricardus vicecomes Abrincatensis, pro salute domini sui et animarum suarum, que villula circa duas acras habet in fundo suo, que terra deserta erat quando eam dederunt pro Rainfredum monachum et pro Petrum sancto Martino—erant autem isti duo monachi amici ipsorum baronum et principis Normannie—hanc autem absolutam concesserunt et hospites ipsius terre absolutos ab omni requisitione alicuius debiti, sicut elemosinam datam Deo [pro salute] sua, et quicquid circa villulam dederunt ipsi et fideles sui de terra sua ad augmentum elemosine sue ; Oddo vero episcopus Baiocensis dedit de ipso mansiolo et ipsius villule ecclesie totas consuetudines que ad episcopatum pertinent, et ipse rex libenter [concessit] et barones sui ; Willelmus autem de Columberii concessit et dedit totam decimam de omni re territorii ipsius villule que pertinebat ad eum ; terram quoque Petri monachi scilicet xiii acras quam tenuerat de illo in laicali habitu concessit sancto Martino ; [Rainaldus] Burgevin dedit unum piscatorem cum terra in Lio ; Hugo Britto dedit decimam totius terre sue quam habebat in Filgeriis et decimam molendini et terram trium hospitem ; et in Stolvio decimam thelonei et molendini et terram unius [burgarii].

Et ego Willelmus dux Normannorum Dei gratia et rex Anglorum omnes superscriptas elemosinas in ecclesiis, in decimis, in terra, et in consuetudines, sicut sunt facte et concessa a me et fidelibus meis, sic concedo et confirmo [in presencia et] testimonio fidelium meorum qui presentes assunt, ut sancti Martini Troarnensis abbas et monachi eas firmiter teneant in perpetuo et quiete maneant sub defensione mea et heredum meorum contra omnes adversarios, sicut [debent esse] elemosine fidelium et bonorum christianorum, pro salute nostra et antecessorum et successorum nostrorum.

Signum + regis Willelmi Anglorum. Signum + Mathildis regine. Signum + Iohannis archiepiscopi. Signum + [Oddonis] episcopi Baiocensis. Signum + Hugonis episcopi Luxoviensis. Signum + Rogerii de Montegomerico. Signum + Rotberti comitis filii regis. Signum Rotberti filii ipsius Rogerii. Signum + Oddonis comitis. Signum + Ricardi de Corcei. Signum Radulfi de Monte Pincion.

Hanc cartam quisquis voluerit infirmare vel aliquid ex his que hic scripta sunt de loco Troarni in honore sancti Martini constructo auferre, anathema sit, nisi resipuerit et emendaverit. Quicumque vero huius carte auctoritatem tenuerit vel firmaverit possessor fiat eterne benedictionis. Amen.

Hec firmatio facta est a rege Willelmo Anglorum et principe Normannorum, anno dominice incarnationis millesimo lxxviii, secundo vero ex quo in regem unctus est et coronatus.

Aprobamus Roberti comitis filii regis.